



SOLEMN HIGH MASS OF REQUIEM ALL SOULS' DAY

November 3, 2014

*Eternal rest grant unto them, O Lord,
and let perpetual light shine upon them.*

Procession

SUBVENITE, Sancti Dei, occurrite, Angeli Domini: * Suscipientes animam ejus: Offerentes eam in conspectu Altissimi. Suscipiat te Christus, qui vocavit te: et in sinum Abrahae Angeli deducant te. Suscipientes animam ejus: Offerentes eam in conspectu Altissimi. Requiem aeternam dona ei, Domine: et lux perpetua luceat ei. Offerentes eam in conspectu Altissimi.

COME to his (her) aid, every saint of God: go out to meet him (her), every angel of the Lord. Take his (her) soul and offer it in the sight of God's majesty. May Christ, Who called you away take you to Himself, and may angels lead you into Abraham's bosom. Take his (her) soul and offer it in the sight of God's Majesty. Eternal rest grant to him (her), O Lord, and let perpetual light shine upon him (her). Offer his (her) soul in the sight of God's majesty.

Introit (4 Esdras 2: 34-35)

REQUIEM aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. Ps 64: 2-3. Te decet hymnus Deus in Sion; et tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis.

ETERNAL rest give unto them, O Lord; and let perpetual light shine upon them. Ps. A hymn, O God, becometh Thee in Sion; and a vow shall be paid to Thee in Jerusalem: hear my prayer; all flesh shall come to Thee. Eternal rest give unto them, O Lord; and let perpetual light shine upon them.

Kyrie (Missa pro defunctis)

The Congregation is encouraged to sing the Ordinary of the Mass.

6.

K Y-ri-e * e-lé-i-son. iij. Chri-ste

e-lé-i-son. iij. Ky-ri-e e-lé-i-son. ij.

Ky-ri-e * e-lé-i-son.

The Collect

DEUS, cui proprium est misereri semper et parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui N, quam hodie de hoc saeculo migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, set jubeas eam a sanctis Angelis suscipi, et ad patriam paradisi perduc; ut, quia in te speravit et credidit, non poenas inferni sustineat, sed gaudia aeterna possideat. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

GOD, Whose property is ever to have mercy and to spare, we humbly beseech Thee, on behalf of the soul of Thy servant N, whom Thou has this day called out of this world, that Thou wouldst not deliver him (her) into the hands of the enemy, nor forget him (her) for ever, but command that he (she) be taken up by Thy holy angels and borne to our home in paradise, that having put his (her) hope and trust in Thee, he (she) may not undergo the pains of hell, but may come to the possession of eternal joys. Through Our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Ghost, God world without end.

The Epistle (1 Thessalonians 4: 13-18)

LECTIO Epistolae beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses. Fratres: Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non con-
tristemini sicut et ceteri, qui spem non habent.

Si enim credimus quod Jesus mortuus est, et resurrexit: ita et Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non praeveniemus eos, qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu, et in voce Archangel-
li, et in tuba Dei descendet de coelo: et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui vivi-
mus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nu-
bibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Dom-
ino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis.

LESSON from the Epistle of blessed Paul the Apostle to the Thessalonians. Brethren: We will not have you ignorant concerning them that are asleep, that you be not sorrowful, even as others who have no hope. For if we believe that Jesus died and rose again, even so them who have slept through Jesus will God bring with Him. For this we say unto you in the word of the Lord, that we who are alive, who remain unto the coming of the Lord, shall not pre-
vent them who have slept. For the Lord Himself shall come down from heaven, with commandments, and with the voice of an archangel, and with the trumpet of God; and the dead who are in Christ shall rise first. Then we who are alive, who are left, shall be taken up together with them in the clouds to meet Christ, into the air, and so shall we be always with the Lord. Wherefore comfort ye one another with these words.

The Gradual (4 Esdras 2: 34-35)

REQUIEM aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. Ps 111: 7. In memoria aeterna erit justus; ab auditione mala non timebit.

ETERNAL rest give to them, O Lord; and let perpetual light shine upon them. Ps. The just shall be in everlasting remembrance; he shall not fear the evil hearing.

The Tract

ABSOLVE, Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum: V. Et gratia tua illis succurrente, mereantur evadere judicium ultionis: V. Et lucis aeternae beatitudine perfrui.

ABSOLVE, O Lord, the souls of all the faithful departed from every bond of sin. V. And by the help of Thy grace may they be enabled to escape the avenging judgement. V. And enjoy the bliss of everlasting light.

The Sequence

DIES irae, dies illa,
Solvat saeculum in favilla,
Teste David cum Sibylla.

Quando tremor est futurus,
Quando iudex est venturus,
Cuncta stricte discussurus.

Tuba mirum spargens sonum
Per sepulcra regionum,
Coget omnes ante thronum.

Mors stupebit, et natura,
Cum resurget creatura,
Judicanti responsura.

THE day of wrath, that dreadful day,
Shall all the world in ashes lay,
As David and the Sibyl say.

What tremor shall the soul affright,
When comes that Judge whose searching light
Brings thought and word and deed to light.

The last loud trumpet's spreading tone
Shall through the place of tombs be blown,
To summon all before the throne.

Death is struck, and nature quaking,
All creation is awaking
To its Judge an answer making.

Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Unde mundus judicetur.

Judex ergo cum sedebit,
Quidquid latet, apparebit;
Nil inultum remanebit.

Quid sum miser tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus,
Cum vix justus sit securus?

Rex tremendae majestatis,
Qui salvandos salvas gratis,
Salva me, fons pietatis.

Recordare, Jesu pie,
Quod sum causa tuae viae;
Ne me perdas illa die.

Quaerens me, sedisti lassus;
Redemisti crucem passus;
Tantus labor non sit casus.

Juste judex ultionis,
Donum fac remissionis
Ante diem rationis.

Ingemisco tamquam reus;
Culpa rubet vultus meus;
Supplici parce, Deus.

Qui Mariam absolvisti,
Et latronem exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti.

Preces meae non sunt dignae;
Sed tu bonus fac benigne,
Ne perenni cremer igne.

Inter oves locum praesta,
Et ab haedis me sequestra,
Statuens in parte dextra.

Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis,
Voca me cum benedictis.

Oro supplex et acclinis,
Cor contritum quasi cinis.

*The written book shall be outspread,
And all that it contains be read,
To try the living and the dead.*

*Then shall the Judge His throne attain,
And every secret sin arraign,
Till nothing unavenged remain.*

*What shall my guilty conscience plead,
And who for me will intercede,
When even saints forgiveness need?*

*King of tremendous majesty!
Who savest whom Thou savest, free,
Thou fount of pity, save Thou me.*

*Remember, Jesus Lord, I pray,
For me Thou walked'st on life's way;
Confound me not on this last day.*

*'Twas me Thy weary footsteps sought,
My ransom on the Cross was bought,
Let not such labour come to naught.*

*Just Judge of recompense, I pray,
Cancel my debt, too great to pay,
Before the last accounting day.*

*My groans a culprit's heart declare,
My cheeks shame's burning livery wear,
Spare me, O God, Thy suppliant spare!*

*As Thou didst Mary's sin efface,
And take the thief to Thine embrace,
So dost Thou give me hope of grace.*

*Though all unworthy be my cry,
Give grace, O gracious Lord, or I
Shall burn in fires that never die.*

*Grant me among Thy sheep to stand;
From outcast goats my soul disband,
And raise me to Thine own right hand.*

*When cursed foes are put to shame,
And given o'er to biting flame,
Ah! with Thy blessed call my name.*

*Prostrate, my contrite heart I rend;
My God, my Father, and my Friend,*

Gere curam mei finis.

Do not forsake me in the end.

Lacrimosa dies illa,
Qua resurget ex favilla
Judicandus homo reus.
Huic ergo parce, Deus;

*O day of weeping, day of woe,
When rising from his pyre below,
The sinner to his Judge shall cry,
'Spare me, Thou mighty God on high!'*

Pie Jesu Domine,
Dona eis requiem. Amen.

*Ah, gentle Jesu, Saviour blest,
Grant to them all eternal rest! Amen.*

The Gospel (John 11: 21-27)



SEQUENTIA sancti Evangelii secundum Jo-
annem. In illo tempore: Dixit Martha ad Je-
sum: Domine, si fuisses hic, frater meus non
fuisset mortuus: sed et nunc scio quia quae-
cumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Je-
sus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia re-
surget in resurrectione in novissimo die. Dixit ei Jesus: Ego sum resurrectio, et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: et omnis, qui Vivit, et credit in me, non morietur in aeternum. Credis hoc? Ait illi: Utique Domine, egocredidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in huncmundum venisti.



CONTINUATION of the holy Gospel according
to Saint John. At that time, Martha said
to Jesus, Lord, if Th ou hadst been here, my
brother had not died: but now also I know that
whatsoever Thou wilt ask of God, God will give it Thee. Jesus
saith to her, thy brother shall rise again. Martha saith
to Him, I know that he shall rise again in the resurrection
at the last day. Jesus said to her, I am the resurrection and
the life: he that believeth in Me although he be dead, shall
live; and every one that liveth, and believeth in Me, shall
not die forever. Believest thou this? She saith to Him, Yea,
Lord, I have believed that Th ou art Christ the Son of the
living God, Who art come into this world.

The Offertory



DOMINE Jesu Christe, Rex gloriae, libera ani-
mas omnium fidelium defunctorum de poe-
nis inferni, et de profundo lacu: libera eas
de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne
cadant in obscurum; sed signifer sanctus Michael re-
praesentet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahae
promisisti et semini ejus. V. Hostias et preces tibi, Do-
mine, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis,
quarum hodie memoriam facimus: faceas, Domine, de
morte transire ad vitam. Quam olim Abrahae promisisti
et semini ejus.



ORD Jesus Christ, King of glory, deliver the
souls of all the faithful departed from the pains
of hell and from the bottomless pit: deliver
them from the lion's mouth, that hell swallow
them not up, that they fall not into darkness, but let the
standard-bearer holy Michael lead them into that holy
light; which Thou didst promise of old to Abraham and
to his seed. V. We offer to Thee, O Lord, sacrifices and
prayers: do Th ou receive them on behalf of those souls of
whom we make memorial this day. Grant them, O Lord,
to pass from death to that life; which Thou didst promise of
old to Abraham and to his seed.

Offertory Motet *Miserere Mei* Antonio Lotti (1666-1740),

*Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam;
et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.*

*Have mercy upon me, O God, after thy great goodness: according to the multitude
of thy mercies do away mine offences.*

The Sanctus and Benedictus (Missa pro defunctis)

S Anctus, * Sánc-tus, Sánc-tus Dó-minus Dé- us
 Sá-ba-oth. Plé-ni sunt caé-li et térra gló-ri-a
 tú-a. Hosánna in excél-sis. Benedíctus qui vé-nit
 in nó-mine Dómi-ni. Hosánna in excél-sis.

The Canon of the Mass (recited silently by the celebrant)

The Agnus Dei (Missa pro defunctis)

A - gnus Dé- i, * qui tól-lis peccá-ta mún-di :
 dó-na é-is réqui-em. Agnus Dé-i, * qui tóllis peccá-ta
 mún-di : dó-na é-is réqui-em. Agnus Dé- i, * qui tóllis
 peccá-ta mún-di : dó-na é-is réqui-em ** sempi-térnam.

Please kneel at the Communion Rail to receive Holy Communion. Holy Communion in the Extraordinary Form is received on the tongue and is not usually distributed in the hand.

The Communion Antiphon



UX aeterna luceat eis, Domine: Cum Sanctis tuis in aeternum: quia pius es. V. Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. Cum Sanctis tuis in aeternum:

quia pius es.



AY light eternal shine upon them, O Lord, with Thy Saints for evermore, for Thou art gracious. V. Eternal rest give to them, O Lord; and let perpetual light shine upon them: With Thy Saints for evermore, for Thou art gracious.


Communion Motet Ave Verum Corpus William Byrd

Postcommunion

PRAESTA quaesumus omnipotens Deus: ut anima famuli tui N, quae hodie de hoc saeculo migravit, his sacrificiis purgata, et a peccatis expedita, indulgentiam pariter et requiem capiat sempiternam. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

GRANT, we beseech Thee, O Almighty God, that the soul of Thy servant N, which hath today departed this life, may be purified by this sacrifice, and delivered from sins, may obtain alike pardon and everlasting rest. Through Our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who liveth and reignest with Thee in the unity of the Holy Ghost, God world without end.

In place of the Ite Missa Est the Requiescant in Pace is sung:



R Equi-éscant in pá-ce. R̃. Amen. *May they rest in peace. Amen.*



Procession to the Crypt Chapel

Hymn. 6.

L Anguénti-bus in Purga-tór-i-o, Qui purgántur

ardó-re ními-o, Et torquéntur grá-vi supplí-ci-o,

Subvé-ni-at tú-a compássi-o: O Ma-rí-a.

2. Fons es párens qui cúlpas ábluis,
Omnes júvas et nállum réspuis:
Mánum túam exténde mórtuis,
Qui sub poénis lánguent contínuis: O María!

3. Ad te píe suspírant mórtui,
Cupíentes de poénis éruí,
Et adéssé túo conspéctui,
Æternísque gáudiis pérfrui: O María!

4. Geméntibus Máter accélera,
Pietátis osténde víscera:
Illos Jésu per súa vúlnera
Ut sanáre dignétur ímpetra: O María!

5. Tu véra spes ad te clamántium:
Ad te clámat túrba sodálíum,
Pro frátribus ut pláces Fílíum,
Et caeléste det éis praémium: O María!

6. Fac lácrimae quas bóna réspicis,
Quas fúndimus ad pédes Júdicis,
Mox exstinguant vim flámmae víndicis,
Ut jungántur chóris angélicus: O María!

7. Et cum fiet strícta discússio,
In treméndo Déi júdicio,
Judicánti súpplíca Fílio,
Ut cum Sánctis sit nóbis pórtio: O María! Amen.

1. **A** - ve má-ris stél-la, Dé-i Má-ter álma,
Atque semper Vírgo, Fé-lix caéli pórtá.

2. Súmens illud Ave Gabrí-élis ó-re,
Fúnda nos in páce. Mú-tans Hévæ nómen.


3. Solve vincula reis,
profer lumen caecis
mala nostra pelle,
bona cuncta posce.

5. Virgo singularis,
inter omnes mites,
nos culpis solutos,
mites fac et castos.

7. Sit laus Deo Patri,
summo Christo decus,
Spiritus Sancto,
tribus honor unus. Amen.

4. Monstra te esse matrem:
sumat per te preces,
qui pro nobis natus,
tulit esse tuus.

6. Vitam praesta puram,
iter para tutum:
ut videntes Iesum
semper collaetemur.



Absolution in the Crypt Chapel



LIBERA me Domine, de morte aeterna, in die illa tremenda: * Quando caeli movendi sunt et terra: Dum veneris judicare saeculum per ignem. V. Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. * Quando caeli movendi sunt et terra. V. Dies illa, dies irae, calamitatis et miseriae, dies magna et amara valde. Dum veneris judicare saeculum per ignem. V. Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. V. Libera me Domine, de morte aeterna, in die illa tremenda: Quando caeli movendi sunt et terra: Dum veneris judicare saeculum per ignem.



DELIVER me, Lord, from everlasting death on the day when the heavens and the earth are to be shaken to their foundations, as Thou comest to judge the world by fire. V. I tremble with fear when I think upon the heart-searching there must be and upon thy wrath let loose upon mankind. When the heavens and the earth are to be shaken to their foundations. V. A day of wrath must that day be, a day of disillusion and despair; a day to overshadow all other days, and a day of dreadful bitterness. As Thou comest to judge the world by fire. V. Eternal rest grant to them O Lord, and let perpetual light shine upon them. V. Deliver me, Lord, from everlasting death on the day when the heavens and the earth are to be shaken to their foundations, as Thou comest to judge the world by fire.

Sacerdos: Kyrie, eleison.

Chorus: Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Sacerdos: Pater noster . . .

Priest: Lord, have mercy.

Choir: Christ, have mercy. Lord, have mercy.

Priest: Our Father...

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animam ejus.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

FAC, quaesumus, Domine, hanc cum servo tuo defuncto (ancilla tua defuncta) misericordiam, ut factorum suorum in poenis non recipiat vicem, qui (quae) tuam in votis tenuit voluntatem: ut, si cut hic eum (eam) versa fides junxit fidelium turmis; ita illic eum (eam) tua miseratio societ angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

V. Requiem aeternam dona ei, Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Anima ejus, et animae omnium fidelium defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

V. And lead us not into temptation.

R. But deliver us from evil.

V. From the gate of hell.

R. Deliver his (her) soul, O Lord.

V. May he (she) rest in peace.

R. Amen.

V. O Lord, hear my prayer.

R. And let my cry come unto Thee.

V. The Lord be with you.

R. And with thy spirit.

LET US PRAY.

WE ask thee, O Lord, to show this mercy to Thy servant who is dead, that he (she) be not made to suffer for any wrong he (she) may have done; for he (she) always desired to do Thy will. And as the true faithful numbered him (her) here among those who served Thee, so let thy mercy find him (her) hereafter a place among the choirs of Angels. Through Christ our Lord.

R. Amen.

V. Eternal rest grant to him (her), O Lord.

R. And let perpetual light shine upon him (her).

V. May he (she) rest in peace.

R. Amen.

V. May his (her) soul and the souls of all the faithful departed through the mercy of God rest in peace.

R. Amen.

7. **I** N paradí-sum : dedúcant te Ange-li : in tú-o ad-
 véntu suscí-pi- ant te Mártý-res, et perdúcant te in ci-
 vi-tá-tem sánctam Je-rúsa-lem. Chórus Ange-lórum te
 su- scí-pi- at, et cum Lázaro quondam páupe-re aetér-
 nam hábe-as réqui-em.

Marian Antiphon

S Al- ve, * Re-gí- na, mater mi- se-ricórdi- æ:
 Vi- ta, dulcé- do, et spes nostra, sal- ve. Ad te
 clamá-mus, éxsu-les, fí-li- i He-væ. Ad te suspi-rá-
 mus, geméntes et flen- tes in hac lacrimá- rum valle.
 E- ia ergo, Advocá- ta nostra, illos tu- os mi-se-ri-
 córdes ócu-los ad nos convér- te. Et Jesum, benedí-
 ctum fructum ventris tu- i, no-bis post hoc exsí-li- um
 os-ténde. O cle-mens: O pi- a: O dulcis
 * Virgo Ma-rí- a.

MAY THE ANGELS
 lead you into para-
 dise. May the Mar-
 tyrs await your com-
 ing and bring you
 into the holy city, the
 heavenly Jerusalem.
 May a choir of An-
 gels welcome you,
 and with the poor
 man Lazarus of old,
 may you enjoy eter-
 nal rest.

HAIL, holy Queen, Mother of Mercy,
 our life, our sweetness and our hope.
 To thee do we cry, poor banished
 children of Eve;
 to thee do we send up our sighs,
 mourning and weeping
 in this valley of tears.

Turn then, most gracious advocate,
 thine eyes of mercy toward us;
 and after this our exile,
 show unto us the blessed fruit of
 thy womb, Jesus.
 O clement, O loving,
 O sweet Virgin Mary.